HIERONYMUS
Saint-Amand, Wende 8./9. Jh.
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38295
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

felix aut̃ conscientia cuius causa dnō reuelatur; Dicente apostolo, omne quod manifestatur lux est. ⁊

⁊ Cantate dnō laudate dnō. quia liberauit animā pauperis de manu pessimorum. ⁊
⁊ Quia pauper ē spū. nec habet diuicias que receperunt in isto seculo consolacionē suā; & de quib; paulus loquitur, tanquā ut pauperū memores essemus cū fuerit uindicta a dnō consecutus. dnm laudat in spū & sed de manu pessimorū eruta glorīat. hoc autē totū sit p nro merito. sed eius gracia qui pauperē liberauit; nec habet diuicias superbiae corruentes. sed humilitate pauperis liberauit. ⁊

⁊ Maledicta dies in qua natus sū. dies in qua peperit me mater mea. nō sit benedicta; Maledictus sit ⁊ sive homo. qui adnunciauit patri meo dicens, natus ē tibi filius masculus. & quasi gaudio letificauit eū. sit homo ille ut sint ciuitates quas subuertit dns. & non penituit eū; audiat clamorē mane. & ululatū in tēpore meridiano; sive quia non me interfecit a uulua ut fieret mihi mater mea sepulcrū. & uulua eius conceptus & ternus; quare de uulua egressus sū. ut uiderē laborē & dolorē. & consumerentur in confusione dies mei. ⁊ Quiputant animas fuisse in celestib; & de meliori in peiorē statū precipitatas; hoc & huius comodi utuntur testimonius. quod scilicet Melius fuerit in celestib; quā inter renis commoreri. & corpus humiliatis adsumere; noua quaedā immolā uelent heresēos suae argumenta querentes; nos uero legentes illud beati iob; Maledicta dies in qua natus sū. & nox illa in qua dixerunt; ecce masculus. & maledictus homo qui ad non cluit patri meo dicens; Natus ē tibi puer; huic testimonio coaptamus. ut scilicet Melius sit non esse. quā uiuere in supplicis; iuxta illud qd scriptū ē, Mors uiro requies. cui clusit ds uiā suā; & ut erū; quare data est misero lux uita his qui in amaritudine animae sunt; & in euangeliosimilitē dictum legimus; Melius ei fuerat si natus non esset; p quo sit qui natus n fuerit. sed qd melius sit non esse quā male esse. Aliud ē enī omnino p esse. aliud cum sit absque ulla intermissione cruciari. quomodo domostē qui clam uitae misere p ferimus; Unde & amos diem appellat tenebrarū diem adflucionis. & iacob eo qd uixerit in labore & lan